



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

XI. In quo nonnullis respondetur dubiis, quæ ex antedictis resultant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40105**

uxarunt, & oppugnatunt vitia: Nam, sicuti ingens medico ad curandum sub-sidium est, cum æger illi non infirmi-tatem solum, à qua in præsentiarum afflictatur, verum & illas, quibus est alias confictatus, paretur; ut hinc ipse colligat, num inde talis morbus originem trahat, & taliter morbo præsente remediuni præscribat, vt infirmitates, queantè fuere non reuiuiscent; ita si claram, & in-tegram animæ tuæ notitiam spirituali medico dare velis, non habitus mali, & pronitates, quas iam in te sentis, dun-taxat declaranda tibi sunt, sed & præ-terita: Propterea confessionem ge-nerali facere volenti consulere sole-mus, vt eam apud illum confessarium instituat, apud quem deinceps ordina-riè confiteri cogitat, quo hic animam confessori hoc pacto magis explora-tam habeat, itaq; illum melius iuvare queat. Etenim sèpe fit, vt tentatio-nes, & sinistri motus, quos in præsens quis sentit, partim antiquarum infir-mitatum vestigia sint, & reliquæ, par-tim malæ vitæ ante ductæ poena & ca-stigatio. Vnde, esto modò quam po-test maximè super actiones, & verba sua aduigile, valdeq; restrictus & circum-spectus ambuler, sèpe tamen patietur iniurias, quod pati nolle, idq; in liber-tatis & præauæ consuetudinis superio-ris poenam & castigationem. Quo-circa non est quod propterea aut mire-tur, aut percellatur; at potius patien-tem se ostendat, & humiliet, detq; o-peram, vt non solum è præsentibus, ve-rum etiam præteritis, dolorem & con-fusionem sui excite: ita fiet, vt nihil hæc illi sint nocitura.

*Distingua-*  
*sunt, con-*  
*fessio gene-*  
*ralis, &*  
*manifesta-*  
*tio consci-*  
*entia.*

Notandum postremò hic, ipsam con-scientiæ declarationem, & generali confessionem distinctum quid in soci-eitate esse, vt è diversis quibus vtrumq; præcipitur, Regulis videre est; & quia vtriusq; finis, & materia diuersa est: Quamvis quoq; certum sit, hanc con-scientiæ declarationem vel in confessi-

one, vel extra eam fieri possit, prout de-claranti magis expedire videbitur, seu pro maiori eius consolatione: ita q[uod] si-pe expreſſe Constitutiones id signifi-cant. Verum aduertenda, quo ad hoc, Cap. 4. Ex-  
res est, quam R. P. Generalis Claudi- am. 1. 16.  
us Aquauia, in Inſtructione, qui vi- & 3. 16.  
ſitatores instruit, aduertendam censu-par. Con-  
it; quæ quoniam tam grauiſ & tanti ſtu. 1. 16.  
momenti est, viſum mihi eſt formalia Reg. 40.  
& ipſiſſima eius verba adſcribere. Poſt- ſummaria  
quam ergo ostendiffet, quod fit inter conſcientia declarationem & ipsam con-fessionem diſcriben, dixiſſetq; poſte-  
quem, ſi velit, rationem conſcientiæ ſue inter conſidentium reddere, addit: Idem hab-  
bare ut non ſunt cogendi nostri ad turin u-rationem conſcientiæ reddendam ex-ſtruſionem, tra confessionem, cum coſtitutio id refutantib-lerum relinquit, pro cuiusq; conſola- buſ excep-  
tionē; ita laudandi, qui ſemotis hiſ, gregationi quæ ad confessionem propriè ſpectant 6. genera-  
( quæ in confessione maniſtentari po- inſtru. 1.  
tunt) extra confessionem eam reddunt, c. 1. num. 2.  
totosq; ſe ipſos patefactiunt, quo libe- Extra em-  
rius, & abſq; villo reſpectu, ſuperiores feſſionem ad illorum direktionem, & veſiliorem conſcientiæ gubernationem, ea notitia ad mihi am. aperte Dei obſequium uti poſſint: Adeò ut me-ſi media-  
lius, & conſultius ſit, ipsam conſcientiæ rationem extra confessionem red-dere; quod qui facit, na ille ſuperiori fidit, perinde ac, qui preciosum ali- quod monile amico ab eo aſſeruandum, patenter in manus conſignat, migis ei fi-dit quamsi arce ſigillata incluſu n id ei traderet.

## C A P V T . X I.

*In quo nonnullis respondetur du-*  
*bis, que ex antedictis re-*  
*fulant.*

*E*x iis quæ dicti ſunt quæd im oriun-datur dubia, quæ alicui forſan aliquin-do occurrent. Primum eſt, diximus hinc

hinc quidem melius est conscientiae rationem extra confessionem dare; illuc vero in hac conscientiae ratione non solum esse tentationes & in malum pronitates; verum etiam, si qui interuenere defectus & lapsus, aperiendos; ac nisi hi declarerur, bene conscientiae rationem non reddi. Peto itaq; nū, si quem (quod Deus auertat) à vehementia tentationis superatum in graue & pudendum crimen incidere contingat, huius Regulae velit superiori extra confessionem rationem reddi? Videtur id namque per difficile & arduum in primis, & onus ita graue, ut vix quisquam id tolerare posse videatur. Respondeo, hoc in calu nec Regula nec S. P. N. intentionem esse, ut extra confessionem tale crimen aperiatur; imo vnam declarationibus praecipuis, cur Regulae disunctioniam haec posuerit, dicendo hoc vel sub sigillo confessionis vel secreti facere fas esse, ad maiorem cuiusque consolationem fuisse hanc, vni id etiam expressa & in Regulis prouincialis datum: vbi S. P. de conscientiae rationis dandæ vel in fine accipiendo modo ages, cum dixisset, quod postquam quisq; dixerit, que dicere voluit, possit prouincialis, si que existimauerit amplius interroganda, id etiam facere, hanc restrictionem addidit: Quamuis que hominem pudore multum afficerent ea extra confessionem interroganda non essent, que autem huiusmodi sunt, adeo à superiori & patre spirituali extra confessionem roganda non sunt, ut ne velle quidem debant haec à subditu sibi extra eam referari: Piæ aures talia extra confessionem vidire non sustinent, vnde satius ea est in tempus confessionis referare: Atque hoc sibi vult R. P. N. generalis, verbis illis superiori capite allatis; quando satius eos facere docens, qui extra confessionem conscientiae arcana pandunt, additis, semotis his, que ad confessionem propriæ spectant.

*Cap. 1.* Dubium secundum grauius est & impexus. Diximus hic quidem (quod & S. P. signanter & diserte in Constitutio- nibus consulit:) ideo superioribus con-

scientiam vniuersam aperiri, ut sic subditi suos melius regere & gubernare, ut pote omnia ipsorum arcana & abdita explorata habentes, commodius quoque ordinare & decernere queant, quicquid tum ad vniuersitatem priuati, tum ad totius corporis Societatis regimen expedit censebunt. Illuc vero iuxta ipsarum met constitutionum prescriptum, licet cuique est, in confessione conscientiae statum patet facere, Ergo Societatis totius & eiusdem Praepositorum regimen secundum notitiam est in confessione acceptam. Multos haec difficultas non parvum torsit, quod ignorarent, quis quo ad hoc Societatis sit usus & consuetudo. *Societas* Ut autem is intelligatur, dico primo. Ad eo non Societatem ex notitia est confessione parta suos regere, ut esto Theologi nonnulli doceant, confessarium sine vlo sigilli detrimento, interdum iuxta id quod per confessionem accepit, penitentes dirigere posse, R. P. N. Generalis tamen strictissime vetet, ne quis Theologorum nostrorum hanc doctrinam verbo scripto doceat, illave vllatenus vtratur, sed ita se in rebus auditis confessarii gerant, perinde ac si nihil in confessione inaudissent. *per notitiam* Quod eius statutum conforme & consonum est cuidam diplomati ac decreto, quod quadriennio post Clemens Papa VIII. circa hanc ipsam materiam tulit, cuius cum P. Franciscus Suarius, *Tom. 4 de* tum alii meminere. Quin etiam amplius paenit disp. quid Societas facit, nam etiam ipsius declarationis conscientiae, que extra confessionem redditur sigillum quam stri- 33. sect. 7. *Thom. San chez. tom.* & illime vti supra diximus seruari jubet. 1 de matri Si ergo in rebus, que extra confessionem mon. lib. 3. cognoscuntur, tam caute & secrete pro- disp. 16. qu. cedat, quam circumspecte procedat o- 1. portet, in iis que ad confessionem pertinent, ne vel ipsa odiosa reddatur, vel ali- quod contra sigillum eius sacrilegium admittatur.

Verum, ut ipsi punto, in quo versatur difficultas, respondeam, dico secundo, nullum in eo malum esse ut spirituale & Aninas re- interius animarum regimen, secundum gere secun-

Hh 3 confel-

*Dum confessionis scientiam fiat, immo vero  
id unum de fructibus & magnis com-  
modis esse, quæ ex ea consequuntur: Ex  
eo enim quod quis omnia sua vulnera,  
& morbositas & infirmitates clare  
manifestat, potest confessarius, ut animæ  
eius medicus melius illuc medica-  
mentum adhibere, quod magis illi ex-  
pedit remedium applicare, denique eam  
instruere quomodo se gerere debet im-  
postherum. Adeoque id verum est, ut*

*Cap. quod  
Alexander I I I. Pontifex in iure Cano-  
quidam, de nico duntaxat ob huac animarum in-  
panit. &*

*viam salutis conducendarum & diri-  
gendarum, conuenienter ipsis consu-  
lendi suem iubeat, ut aliquorum homi-  
num, ita malorum & nefariorum, ut ab-  
solutionis non sint capaces, quia se con-  
tinere & à peccando abstinere se posse  
negant ( ac proinde verum emenda-  
re vitæ propostum non habent: ) confessio-  
nes etiam excipiuntur. His ergo  
etsi alioquin absolutio illis danda non  
sit, consulit eo loco, Pontifex ut sal-  
tem Confessarium adeentes omnia pec-  
cata confiteantur, totiusque vitæ suæ  
mala nec non exiguae, quam ad con-  
fessionem illam adferunt, dispositionis  
rationem ei reddant, simul confessario  
mandat, ut eos qui tam desperata sunt  
salutis, benigne admittat & audiat, quo  
salutare illis consilium & remedium sug-  
gere queat, fore enim fortasse, ut hoc pa-  
to cor eorum emollatur, ipsi quoque  
peccandi occasionses à se amoliantur, &  
Deus Opt. Max. hoc humilitatis & bo-  
norum aliquot, quæ exercita re iubebun-  
tur operum exercitio mediante, oculos  
illis aperiat, quo peccatis tandem peni-  
tus valedicant, bonamque eorum con-  
fessionem instruant. Adeo ut nouum  
minime sit, sed per antiquum & in Ec-  
clesia Dei latè statutum & approbatum,  
animas iuxta scientiam è confessione ac-  
ceptam conducere & gubernare.*

*Lib. 3. c. 1.  
vita.*

*confessionis scientiam fiat, immo vero  
id unum de fructibus & magnis com-  
modis esse, quæ ex ea consequuntur: Ex  
eo enim quod quis omnia sua vulnera,  
& morbositas & infirmitates clare  
manifestat, potest confessarius, ut animæ  
eius medicus melius illuc medica-  
mentum adhibere, quod magis illi ex-  
pedit remedium applicare, denique eam  
instruere quomodo se gerere debet im-  
postherum. Adeoque id verum est, ut*

*ni suæ qua poterit refragaretur, ad id se  
minus idoneum esse negans; ab omnibus  
tamen identidem premeretur, ut hoc  
ipso onus susciperet, discentibus, Ipsum  
excutere velle, Dei esse voluntari oblite-  
re, utpote quam per tam conforma sus-  
fragia facta electio satis innueret: ad  
quoddam tandem eos medium quodi-  
plemet delegit, ( cum nihil tum quidem  
ab ipso impetrari potuisset) cōdescende-  
re fecit. Nimirum ego inquit vniuersum  
hoc negotium in Confessarii mei manus  
confignabo, ei vniuersa totius vitæ meæ  
peccata declarabo, vitiososque animæ  
habitus & inclinationes, necno infir-  
mitates & miserias, tam præteritas  
quam præsentes, spirituales æque ac  
corporales patefaciam, et si ipse his non  
obstantibus, in nomine Domini nostri  
I E S U C H R I S T I mihi præcipiat vel  
consulat, ut ringens hoc onus in hume-  
ros suscipiam, ei haud reluctans mo-  
rem geram. Dicatum, factum: cumque  
ad aliquot dies se in solitudine recolli-  
gisset, generalem vitæ totius confessio-  
nem apud virum quandam sanctimoniam  
conspicuum nomine Theophilum, ex  
ordine D. Francisci instituit; Qua fa-  
cta petitur ex eo, num Præpositura onus  
suscipere suaderet. Ille nihil cunctatus  
ipsum & susciperet suasor & auctor ex-  
stitit: nam huic suæ electioni si resi-  
steret, fore ut Spiritui Sancto obste-  
ret. Cuius consilio acquiescens Ignatius,  
deum impositi sibi munera, prouinciam adiit. Peto iraque hoc loco num  
quis, esto liuido malevolentiae veneno  
totus suffusus sit, de hocce Beati Patris  
facto loqui audeat, ut vel ei detrahatur,  
vel aliquem in eo interuenisse distinet  
dolum & neminem sane futurum existi-  
mo, qui de eo loqui possit, nisi forte  
ad ipsum dilandandum: unde id etiam  
in vitæ eius historia, ceu honorificum  
& gloriosum in primis, refertur. Qua  
ergo via B. P. nostrum, ut caput &  
fundatorem Religionis huius dominus,  
conduxit, ea etiam ipsum docuit, ut nos  
quotquot eius filii & sequaces, sumus*

*S. Ignatius  
nisi confi-  
ctua Con-  
fessario a-  
peri. Pre-  
posituras  
refugia.*

*com  
pon  
ap  
per  
vis  
exp*

conducere. Vnde etiam ipse hoc superius sub sigillo confessionis vel secreti omnes prauos habitus, prouitates, virtutia, passiones, omnesque denique defectus & imperfectiones nostras detegendi medium, nobis assignat, ut nos Superior per virtutis & perfectionis, quam profitemur, viam meltae hac ratione conducere queat.

Vnde dico politicum & exterius Societatis regimen *nec esse*, *nec esse posse*, secundum scientiam e confessione acceptam, at spiritualis & interior animarum directio, ut per viam confessionis eo quo diximus modo fiat, & conuenientissimum est & persape necessarium. Sic in vniuersa Dei Ecclesia moris esse & seruari videmus, ut quando quis dubitat & incertus est, quomodo in hoc vel illo negotio gerere se debeat prudentem aliquem doctumque Confessarium eligit, cui in confessione, vel extra eam sub secreto sigillo (prout id ad maiorem sui consolationem facere putabit) rotius illius rei rationem reddat, ut ab illo quoad eiusdem conductionem consilium recipiat & iuuetur. Hoc ergo si bvi vult Sanctus Pater noster & intelligit, eum hanc conscientia, refectionem dixit in confessione facere posse eum, qui maiorem in illa hoc pacto facienda consolationem sentiet: Adeo ut in Societate, nec Rectores, nec Professi, nec Professores scholares, nec ulli demum Officiales constituantur vel deponantur, ex scientia quae per confessionem capitur: hoc namque error & insignis quidem fons, imo vero si quis id vel solum cogitaret.

*Confessari.* Notandum autem hic (quod sane non potest imponere ut se aperiret superiori paternitate) fieri posse talis ut in quopiam sit dispositio, ac tales concurrant circumstantiae, ut cum Confessarius qualisunque demum is sit in conscientia & sub pena peccati obliget, superiorem ut canide pcamotet, ne se tali officio applicet, talem ut sibi miserationem iniungat, ne denique tali pec-

candi occasioni se exponat, tum huius causam, tum eidens, quod inde sibi (pro ratione fragilitatis) imminere videt periculum declarando. Rego itaque eequod hoc in casu ei qui huismodi est melius & cum honore eius coniunctius dari potuerit medium, quam suadere ut superiorem aeat, eique rem hanc in confessione exponat? tunc quippe potest cum superior magno tum priuato, tum Religionis totius honore, occasioni praesenti subducere, nec maioribus periculis exponere, quam eius vires ferant, atque ita fieri ut per remedium & praesenti periculo infamie occuratur. Hac autem superior tum facit turbido non modo permittente & amante, verum etiam ut ita fiat rogante, quod per magni hoc cius intersit. Alias quoque eum quis plane certus non est periculone se exponat, an secus, de eo tamen quadanterus dubitat, ac metuit; non mediocri queri & consolacioni ei tum erit, suam superiori dubitacionem & difficultatem deregere, inquam manus eius totum se consignare: Si enim tunc nihilominus rei huic tractandae applicatur, quod hinc sequitur, periculum illius rationibus non ascribatur; vbi ascriptum fuisset, si minime se declarasset; sed in caput superioris omnia incident. Deus autem cum eius obedientia concurret, viresq; ei supereditabit, ad debite defangendum exquendumque, id quod ei erit in iunctum; propterea quod praestitit quidquid a parte sua praefari oportuit.

Dico tertio quamvis in ipsa confessione conscientiae ratio dari queat prout Regula prescrivit, melius tamen ac laudabilius esset, ut extra confessionem reddatur, ut ante monuimus. Quod autem omnes iam ad notior hinc etiam communiter id eligere volunt quod melius est, eam videlicet extra confessionem dare. Quod cum sit omnibus quicunque alieui suboriri possent scrupulis murmurationibus & suspicionibus, quasi supe-

Melius ex-  
tra qua in-  
tra confes-  
sionem ra-  
tionē con-  
scientia  
reddere.  
Cap. 10.

superiores ex illis, quæ in confessione audiunt, subditos gubernent via präcludent; quia omnes ut plurimum extra eam hanc conscientia rationem reddunt. Immo vero nullus est, quantumlibet imperfectus, quin etiam in eo casu de quo dubio loquemur, quod nimis sum quis in confessione conscientia dare rationem velit; gaudet & etiam ultra petat, ut, quo bene animæ suæ consolatur, peccandi sibi occasiones auferantur, ac nullis periculis exponatur, superior ergo sc̄ientia quam ē confessione acceperit, vtatur ita tamen ut nullum inde sibi damnum, sed bonum dumtaxat, sequi possit, ac suum alii defecūt vel imperfectionem non cognoscant: ita namque adeo nihil illi decepit, multum ut accedat potius; superiore remque quodammodo obstringat, ut etiam eo maiorem de honore illius solitudinem & curam gerat. Inde est, ut ne quidem spirituale & internum animarum regimen, quod sancte licetque alioquin iuxta solam notitiam ē confessione partam fieri posse diximus, societas usurpet; sed eas dumtaxat iuxta id quod extra eam nouit, dirigatur: Omnes quippe eius sectatores extra confessionis forum, omnium quæ ad hoc sunt necessaria rationem dare gaudent & malunt, ut sic eos liberius & sine ullo ad

confessionem intuitu, superior in via perfectionis conducere, dirigere & iuare queat.

Doctrinam hanc S. Bonaventura si-  
gnanter tradit in primis, docerque expe-  
dire ut singulorum subditorum suorum raphim  
conscientias, necon inclinations &c. 7.  
mores superior perspectos habeat, ad hęc  
vniuersitatisq; vires tam corporales quam  
spirituales, ut sic omnes melius rege-  
re & gubernare queat, singulis pro vi-  
rium modulo onera officiaque disper-  
tiendo & iniungendo: neque enim o-  
mnes æqualiter & indiscriminati pos-  
sunt omnia. Atque ad hunc sensum  
adoptat illud quod in Scriptura legitur:  
*Aaron & filii eius intrabunt in sanctuarium ipsique disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat.* Aaron  
nem quippe eiusque filios figuram esse  
ait prælatorum & superiorum tam ma-  
iorum quam minorum, quos in sub-  
ditorum interiora intrare oportet, vni-  
uersitatisque eorum virtutem, robur, vi-  
res, peculiares perspiciendo, ut hoc pa-  
cto officia, munia, onera, Ministeria

Religionis uniuicuique secundum  
propriam virtutem, distri-  
buere & deferre  
queant.

TRA-